


Hilkhot shete ha-leem Seu Dissertationis Theologico-Philologicæ De Duobus Panibus Pentecostalibus


Pars Posterior :

Bremæ: Typis Hermannii Christophori Jani, 1730

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877988293>


Band (Druck) Freier  Zugang





Fa - 1092 (115)

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostockiana



הלכות

שתי הלחם

SEU
DISSERTATIONIS THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ
DE

DUOBUS PANIBUS
PENTECOSTALIBUS

PARS POSTERIOR,

QUAM

ANNUENTE DIVINO NUMINE,

PRÆSIDE

VIRO LONGE CELEBERRIMO,

D. CONRADO JKENIO,

S. S. Theologiæ Doctore, ejusdemque Facultatis Professore
Publico Ordinario, ut & ad ædem St. Stephani
Pastore Primario,


Publicæ disquisitioni subjicit

DITHMARUS HACKMANNUS,

Walda-Montanus,

AUCTOR.

Ad D. Veneris XXVII. Octob. MDCCXXX. H. L. Q. S.



BREMÆ,
Typis Hermannii Christophori Jani, Illustr. Gymnasii Bremens
Typographi.

14



*VIRIS Summe Venerandis, Doctissimis,
omnigena eruditione non minus quam conspiciuae pietatis & integritatis
laude insignibus,*

- D. DITHMARO HACKMANNO, In Ecclesia, quæ Jesu Christo
Walda in Ducatu Montium colligitur, Oraculorum Divinorum
Interpreti Primario disertissimo, Parenti suo optimo, aeterno
pietatis ac honoris cultu devenerando.
- D. FRIDERICO JOHANNI SETHMANNO, Mysteriorum Sa-
crorum apud *Habnenses* in Ducatu Montium Præconi facundissi-
mo, Fautori suo devote honorando.
- D. JOHANNI CASPARO RUBELIO, In Ecclesia *Waldensi*, quæ
J. C. itidem in Ducatu Mont. colligitur, Hierophanta vigilan-
tissimo Juniori, Rever. Classis Solingensis pro temp. Inspectori,
Fautori suo perquam colendo.

ME & O

VIRIS Spectatissimis, Prudentissimis, Integerrimisque,

- D. HENRICO HASE, Negotiatori *hæc Brema* florentissimo,
pietatis æstimatori, Cognato suo colendissimo.
- D. THOMÆ HERMANNO LAMM, Negotiatori *hæc loci* So-
lertissimo, Diaconi in *Æde St. Steph.* vigilantissimo, Agnato
suo æstimantissimo.
- D. PETRO HENCKEL, *Wetteræ* in terra *Marcana* Mercatori So-
lertissimo, Avunculo suo maxime suspiciundo.
- D. WILHELMO HENCKEL, Mercatori apud *Solingenses* floren-
tissimo, Avunculo suo nunquam non colendo.
- D. WINANDO WEYERMANN, Casareo-Liberæ Dynastiæ
Wickradensis in tractu *Juliacensi* Dicographo, & Mercatori ibidem
felicissimo, Avunculo suo æstimatissimo.

*Hanc minimam maxime observantia tesseram
sacram dicatamque vult,*

DITHMARUS HACKMANNUS,
AUCTOR.

DISSERTATIONIS
THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ,
DE
DUOBUS PANIBUS
PENTECOSTALIBUS,
PARS POSTERIOR.

Caput VII.

DE
SCOPO OBLATIONIS PANUM.
ARGUMENTUM.

§. 1. Scopus oblationis duorum panum moralis indicatur. §. 2. Qui confertur cum ritibus gentium, Diis suis non solum primitias, sed & panes ipsos offerentium. §. 3. Oblatio duorum panum, uti sub finem messis instituebatur, ita quoque gratiarum actionem pro concessis frugibus exhibebat. §. 4. Non pertinebat autem eadem oblatio ad impetrandam benedictionem pro fructibus arborum. §. 5. Sed duntaxat ad integram messem sanctificandam.

§. I.

HActenus *duos panes* *ως εν τωπω* consideravimus; proximum est, ut ea, quæ ex promisso nostro restant, propiori quoque examini, subjiciamus, & imprimis de legis, quam superiori Dissertatione illustravimus scopo, propius verba faciamus. Cum enim ipse Sapientissimus Deus, tum hujus, tum aliorum præceptorum ceremoniarum *Auctor* sit, dubitari nequit, ipsum in hoc æquè ac reliquis omnibus, finem se dignum, sapientiæque suæ & cultui convenientem intendisse, & à populo suo quoque observari voluisse. Scopus autem hic partim fuit *moralis*, qui ad Israelem V. T. relationem habuit, partim *mysticus*, qui præcipue Ecclesiam N. T. Israelem illum Dei, respexit. Ad priorem quod attinet, unusquisque facile perspicit, per hanc Primitivorum Pentecostalium oblationem,

nem, Deum ab Israelitis agnosci colique fuisse, ut talem, qui regionem totius terræ fertilissimam, quam inhabitabant, ipsis clementer sine ullo proprio, aut Patrum merito vel jure acquisitam concesserit, quique terræ illius proventus adauxerit, & annum ubertate frugum coronaverit; pro quibus omnibus benefactis jure merito Deo, ceu eorum auctori ab illis maximæ persolvendæ erant grates. Quod commodissime omnium annuatim fieri poterat in solennitatibus illis Panegyricis, tribus scilicet festis majoribus, Paschate, Pentecoste, & Tabernaculorum festo, ad quæ summa religione coram facie Jehovæ celebranda Israelitis ex omnibus Palæstinæ oris Hierosolymam erat ascendendum. Atque eam ob causam eodem statim anno, quo Jordanem transiverunt, *Panes hi æque ac Manipulus Paschalis* offerri debuerunt, ut docetur in SIPHRA fol. 262. col. 2. Conf. Lev. XXIII. 10. sq. quo scilicet statim ab ingressu in hanc terram, & in ejus ulteriori possessione agnoscerent, & publice profiterentur, sibi nullum in illam dominium competere, verum duntaxat usum fructuum. Contra verò Deum Summum omnium bonorum concessorum Dominum esse, cujus beneficio illis unice gauderent, proque iisdem adeo gratum ipsi animum testarentur. Huc aurigatur PHILO *Judeus* περι της εβραϊκης και των εορτων. pag. Opp. 1192. πολλά μεν ται δια της απαρχης παρεσσαι. Πρωτον μεν, Θεε μνημα, επειτα τω προ αληθειαν αιτιω της ευκαρτιας αμοιβη δικαιωται. Et paucis interjectis addit: Εν η (πεντηκοση) δυο εξυμαιμενες αρτες εκ πυρε γεγονοτις εδος προσφερειν, απαρχην σιττε της αλεισης τροφης η διοτι, πειν εις την ανθρωπων χρησιν ελθειν τον επειτειον καρπον, τε νεου σιτου πρωτον γεννημα, και ο πρωτος παρεσφανης καρπος απαρχη προσομαται. Ινα δια βραχέος συμβολε παρεσφηνωσιν ευχαλεισιν ηδος η διοτι και εξοχην πρωτων και αλεισιν γεννημα ο τε σιτε καρπος εστιν.

§ II.

Eandem ob causam non solum jam inde à primis mundi incunabulis, homines sive sponte, ipsius rei æquitate impulsi, sive peculiari Divini Numinis mandato, similia dona ex agri proventus defumta, Deo obtulerunt, ut ex exemplo Caini patet. Gen. IV. 3. sed & idem mos apud plerasque gentes dudum viguit. Quem utrum sola ratione duce introduxerint, an, quod probabilius, cum pluribus aliis ab Hebræis mutuata sint, nunc non inquirimus.

rimus. Cererem fane sationis & messis tempore, imo etiam post comportatas fruges præcipue invocatam gratisque muneribus celebratam, non obscure indicat HESIODUS *Op. & Dier.* v. 463. nec non VIRGILIUS *L. I. Georg.* v. 339.

— — — annua magna

Sacra refer Cereri, latus operatus in herbis.

Quem morem PORPHYRIUS de *Abst. Animal.* L. II. & EPICETUS *Enchirid.* Cap. 38. *κατὰ τὰ πατρία* secundum patrios, i. e. patribus jam receptos ritus, observatum, testantur. Imò ne degustasse quidem (veteres) novas fruges, aut vina, antequam Sacerdotes primitias libassent, inquit PLINIUS *Lib. XVIII. Hist. Nat. Cap. II. De Ægyptiis* Isidi easdem referentibus clare satis DIODORUS SICULUS *Lib. I Bibl. Histor.* p. 13. *Μαρτυροῦν δὲ φέρουσι τῆς εὐρεσεως τῶν εὐρημένων καρπῶν τὸ θεῖμα ἐν παρ' αὐτοῦ ἐξ ἀρχαίων νομιμον, εἴη γὰρ καὶ νοῦ κατὰ τὸν θερισμὸν τῆς πρώτης ἀμυθέντας σάχους δασίας τῆς ἀνδρωπύς πῶτεθαι πλησιον τὴ δευγματος, καὶ τὴν ἰσὶν ἀνακαλειομένη. Καὶ τὰ πρῶτην ἀπονεμόντας πῆμν τῆ Θεῶ τῶν εὐρημένων κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς τῆς εὐρεσεως καιρον.* Nec minus Græci hunc morem observarunt. Hinc apud illos singularia quædam festa, quibus *Primitia* solemnî modo offerebantur, viguisse, constat. Notum est festum *Θαλυσια* in Cereris honorem institutum, docente MEURSIUS *L. IV. Græc. feriat.* p. 142. Huic affinia erant *Ωραία* & *Θαρηγλία*, de quibus videatur SPENCERUS *Leg. Ritual.* L. III. *Dist. I. Cap. IX.* p. 88. Hyperborei primitias Apollini quotannis mittebant in Delum. PLINIUS *L. IV. Cap. 12.* *Non licet dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant, frugum primitias solitos Delum mittere Apollini, quem præcipue colunt.* Regnabat quippe opinio inter Veteres, Apollinem mutare sedem suam, & sex menses æstivos degere apud Delum, sex vero reliquos Hyemales, apud Lyceam, ut docet *sui sexus eruditissima matrona ANNA FABRI* in notis ad *Callimach. Hym. in Apollin.* v. 13. Idem non solum faciebant vicinæ insulæ, sed & remotissimæ gentes imitatae sunt. Egregia hanc in rem verba sunt CALLIMACHI in *Hymno in Delum* v. 278. sq.

Ἄλλα τοὶ ἀμφιπέτεϊς δεκάτηφοροὶ μὲν ἀπαρχαί
Πεμπνται· πασαι δεχομεν ἀναγκαι πηλῆες,
Αἰ τὲ πρῶτῃ ἡοίην, αἰδ' ἑσπερον, αἰ τ' ἀνα μείσην

I 2

Κλη-

Κληρας εσησαντο, και σι καθυπερθε βορειης
 Οικια θινθ εχασι, πολυχρονιωτατον αιμας.
 Οι μεντοι καλαμην τε και ιερα δεσγμωται πρωται
 Ασχυων Φορεσιν

Confer. EZECH. SPANHEMIUM & GRÆVIUM in not. ad h. l. Qui plura de hoc ritu apud plerosque populos usitato cognoscere cupit, adeat, præter citatos à Doct. FABRICIO L. XVI. *Bibliog. Antiquar.* p. 522. LA CERDAM ad *Virg. Bucol. Lib. IV. v. 18. p. 78.* CASAUBONUM de *Satyr. Poesi Lib. I. Cap. I. p. 8.* ALMELOVENIUM in *opusc.* pag. 116. CLERICUM in *Comm. ad Levit. XXIII. p. 307.* CRAMERUM ad *Maim. כבוד ה' p. 54. & 155.* nec non MAJUM P. II. *Observ. Sacrar.* p. 92. Imo quod propius adhuc cum duobus Hebræorum panibus in festo Pentecostes seu θελεισμος πυγε messis triticea oblati, convenit, *Delis, Baotivve* in more quoque fuit positum, ut *magnos panes* in Cereris festo, quod ab iisdem μεγαλαρτια appellatum, ut docet EUSTATHIUS ad *Homer. Ιλιαδ. β. 262.* solemnī pompa, huic Deæ offerrent, narrante PLUTARCHO de *Iside p. 378.* Cujus verba, quæ hactenus in mendo cubarunt, felicissime ita integritati restituit *Illustris EZECH. SPANHEMIUS* in *Observ. ad Callim. Hym. in Cerer. v. 12. p. 673.* Κα Βοιωτοι τα της Αχαιας Μεγαλαρτια κινεσιν επαχθη την εορτην εκεινην ονομαζοντες, ως δια τ της κορης καθοδον εν Αχει της Δημητρος εσσις. Clarius adhuc loquitur ATHENÆUS Lib. III. *Δειπνοσ.* pag. 109. Αχαινας τετα τα αρτα μνημονευει Σημος εν ογδω Δηλιαδλος, λεγων, τις Θεσμοφοροις γινεσθη. Εισι δε αρτοι μεγαλοι, και εορτη καλειται Μεγαλαρτια, επι λεγοντων των φεροντων Αχαινην: σεατθ εμπλεον τεσθρον. Doct. enim CASAUBONUS ad h. l. pro τεσθρον substituendum esse censet αρτον. Ex quibus omnibus patet, non levem intercedere convenientiam inter hos ritus Hebræorum ac Gentium; unde & ipsum Pentecostes festum CL. BERNHARDUS ad *Joseph. L. III. Antiq. Jud. Cap. X. Megalartia* appellat.

§. III.

Propius adhuc scopum hunc feriunt, qui oblationem horum Panum ideo sub finem messis, in quem Pentecostes festum incidisse DRUSIUS ad *Ruth. II. 23.* & JOH. MEIERUS de *festis Hebræor. Cap. XII. §. 15.* nec non in *Append. modestæ & realis defensionis contra*

tra Clasingium. Harderov. 1720. 4to alique docuerunt, institutam volunt, ut gratiarum actionem, pro illius anni frugibus, tam in messe hordeacea, quam triticea, concessis exhiberet. Audiamus hanc in rem LIGTFOOTUM in *Hor. Hebr.* ad Matth. XII. 1. T. II. Opp. p. 319. Die Paschatis secunda oblatio manipuli supplicatoria erat & precatoria, benedictionem imperans novis frugibus, veniamque eas comedendi & falcem in segetes mittendi. Oblatio autem panum primitivium die Pentecostes Lev. 23. gratiarum actionem spectabat ob feliciter peractam & congestam messem hordeaceam. Hac ergo relatione concatenatae erant duae haec solemnitates, ut utraque messem respiceret; illa ineuntem, haec finitam. Huic quoque Hypothesi adstipulantur BOCHARTUS Hieroz. P. I. L. III. Cap. 13. p. 857. FULLERUS L. III. misc. sacror. Cap. XI. ALTINGIUS in *Com.* ad Deut. XVI. 9. COLESERIUS de *Sacrif.* diff. III. §. 72. GOODWINUS in *Mos. & Aaron.* Cap. V. 4. CAPELLUS in *emug.* de Sabbat. *דעוהו*, inserta Tom. I. opp. Cloppenburg. p. 196. 201 & 205. QUENSTEDIUS *Antiq. Bibl.* p. 245 & 839. HILLERUS *Hieroph.* P. II. p. 180. HOTTINGERUS de *Decimis* Exerc. IV. §. 12. LACKE-MACHERUS diff. ad *front. lib. Mischnici פתקי אבות* Cap. III. §. 27, alique longe plurimi.

§. IV.

Uti autem subordinata non pugnant, ita quoque praeter hunc scopum, qui Deum ipsum respiciebat, alius insuper locum habuit, qui propiorem relationem ad ipsum populum Israeliticum habebat. Atque hunc quoque omnes ferme Interpretes agnoscunt, quamquam in ipsa ejus applicatione in partes abeant. Rabbinorum quidam illum in eo ponunt, quod panes hi eum in finem oblatis, ut benedictionem impetrarent pro fructibus arborum. Quod enim Talmudici in *ראש השנה* Cap. I. m. 2. dicunt: בארבעה פרקים העולם נידון בפסח על התבואה. בעצרת על פירות האילן. בראש השנה כל בני העולם עוברים לפניו כבני מרון. שנאמר היוצר יחד לבן המכין אל המים. ובחג נידון על המים. Quatuor temporibus mundus judicatur. In Paschate de proventu. In PENTECOSTE DE ARBORUM FRUCTIBUS. In principio anni omnes homines transeunt coram eo, ut oves, secundum id quod dicitur: formator pariter cordis eorum animadvertit ad omnia opera eorum. Et in festo Tabernaculorum judicantur de aquis: id de benedictione impetranda explicat, & ex ipso Sacro Co-

dice hoc iudicium de arborum fructibus probare annitur BARAI-
 TA: מדאמרה תורה תביאו לפני שתי הלחם בעצרת כרי שאברך
 לכם פירות האילן *Ex eo quod dixit Lex: adducite coram me duos panes*
in Pentecoste, nempe, ut vobis benedicam fructus arborum. Consentit
 RALBAG ad 2 Samuel. XXIII. 16. inquit: כמו שיקרבו העומר
 בפסח לבקש ברכת הקציר והבכורים בעצרת לבקש ברכת פירות
 האילן כן יקרבו המים בחג הסוכות לבקש מהש"י ברכת הגשמים
 כי אז יבא עת הזריעה *Quemadmodum offerunt fasciculum spicarum in*
Paschate ad obtinendam benedictionem messis, & PRIMITIVA IN PEN-
TECOSTE, AD EXIGENDAM benedictionem fructuum arboris, sic pa-
riter aquas offerunt in festo Tabernaculorum ad efflagitandam à Deo bene-
dictionem pluviarum, quia tum seminandi instat tempus. Verum recte
 hanc sententiam, una cum fundamento, cui illa superfruitur, ex-
 plodit HENR. HOUTINGIUS in not. ad Cod. ראש השנה p. 35. scri-
 bens: En Rabbinicum illud ingenium, en hominis, ut putat, subtilitatem,
 cum dicat חטה תriticum (ex quo panes erant confecti) fuisse עץ ar-
 borem, illudque ex veteri quodam monumento probet, עץ שאכל אדם
 ראשון חטה היה Conferatur ad hunc locum R. OBAD. de BAR-
 TENORA: כמהן קרייה רחמנא דכתיב ומעץ הדעת טוב ורע. חטה
 עץ שאכל אדם ראשון חטה היה *Triticum Deus arbo-*
rem vocat; scribitur enim Gen. II. 17. de arbore scientie boni & mali. Se-
cundum istum Rabbinum, qui dicit, arbor, de qua primus homo comedit,
triticum fuit.

§. V.

Ad nos autem quod attinet, cum illis potius facimus, qui duos
 Panes Pentecostales eum in finem oblatos, censent, ut eorum obla-
 tione tota messis triticea, è quâ triticum ad panes adhibendum erat
 desumptum, solempni ritu sanctificaretur, quò de novo proventu
 sancte & cum προσφορα, grata Deo ferta porro offerre possent. Ea-
 dem plane ratione, uti jam messis hordeacea, oblatione Manipuli
 ex hordeo confecti in festo Paschatos offerendi, sanctificanda erat.
 Oblato enim hoc Manipulo hordeaceo, unusquisque legitime fa-
 scem in segetem immittere, eamque dein in usus suos convertere
 potuit, ut ex JOSEPHO L. III. Antiq. Judaic. Cap. X. patet. Atque
 hinc nemini licitum erat Primitiva privata ante Pentecosten ad-
 ferre. Quod si id casu quodam accidisset, non poterat illa ritibus
 solitis

folitis tum temporis sanctificari, sed in loco certo atrii usque ad determinatum tempus servabantur. Jure enim merito Primitiva totius coetus ipso festo oblata, novos fructus in Sanctuarium adducendos, reddebant licitos. Vid. R. OBADIAS ad *Cod. חלה* Cap. IV. 10. & ad *Cod. בכורים* Cap. I. 3. Testem insuper advoco MAIMONIDEM in *ה' בכורים* Cap. II. 6. אין מביאין בכורים קודם לעצרת שנ' והג הקציר בכורי מעשיך ואם הביא אין מקבלין ממנו אלא וינחם שם עד שתבוא עצרת ויקרא עליהן *Primitiva adferre ante Pentecosten non licebat, q. d. Et festum messis Primitivorum laborum tuorum. Si vero adducebantur, non recipiebantur, sed ibi donec Pentecosten festum illucesceret, asservabantur, atque ita super iis confessio edebatur. Eadem & aliorum fertorum erat ratio, ut docetur in Cod. מנחות* Cap. X. 6. העומר היה מתיר במדינה ושתי הלחם במקדש אין מביאים מנחות ובכורים ומנחת בהמה. קודם לעומר ואם הביא פסול קודם לשתי הלחם לא יביא ואם הביא כשר *Manipulus permittebat in provincia, & duo Panes in Sanctuario. Non adducebantur ferta, nec Primitiva, nec fertum Sacrificio junctum ante Manipulum. Si vero quid adductum, illegitimum erat. Ante duos panes non adducebant, quod si tamen quid adductum, legitimum nihilominus erat. Audiamus ad h. I. BARTENORIENSEM, qui ad verba שתי הלחם שתי הלחם sic commentatur: שתי הלחם אין מביאין מנחה מתבואת חדשה. דכתיב משתי הלחם מנחה חדשה שתתא חדשה לכל המנחות *Nam ante duos panes non adducebant fertum de novo proventu, quia scriptum de duobus panibus fertum novum, quod hoc sit novum ante omnia ferta. Imo, quod magis est, legimus relatam, viros montis צבועים Zeboim ante Pentecosten sua Primitiva attulisse, verum non acceptata, sed ut JOMTOBH ex Talm. Hieros. ad חלה* Cap. IV. 10. habet, possessoribus remissa fuere: שלא יקבע הרבר חובה מפני שאנשים גדלים היו ויסמכו עליהם *Ne res hac abeat in debitum, quoniam erant magnates, quibus niti ceteri potuissent. Homines enim plebeji facile hac de re potuissent ad credendum induci, debere, saltem licere, primitiva ante hoc festum עצרת adducere. Conf. CRAMERUS ad Maimon. ה' בכורים* pag. 65. Locus integer *Codicis חלה* Cap. IV. 10. sic sese habet: נתאי איש תקוע הביא חלור מביתר ול' קבלו ממנו אנשי אלכסנדריא הביאו הלותיהן מאלכסנדריא ולא קבלו מהם אנשי הר צבועים הביאו בכוריהם קודם עצרת ולא קבלו מהם מפני*

מפני הכתוב שכתורה וחג הקצור בכורי מעשיך אשר תורע בשדה
Nithai Thekoensis adduxit placentas de Biter, at non receperunt ab ipso. Alexandrini adduxerunt secum placentas ab Alexandria, at non receperunt ab illis. Viri montis Zeboim adduxerunt Primitiva sua ante Pentecosten, at non receperunt ab ipsis, quoniam scriptum est in lege: Et festum messis primitivorum operum tuorum &c. Idem traditur in Cod. Miscb. בכורים
 אין מביאין בכורים קודם לעצרת. אנשי הר צבועים הביאו
 בכוריהם קודם לעצרת. ולא קבלו מהם מפני הכתוב שכתורה.
 וחג הקצור בכורי מעשיך אשר תורע בשדה
Non adducebant primitiva ante Pentecosten. Viri montis Zeboim adduxerunt primitiva sua ante festum Pentecosten, at non receperunt ab illis, quia scribitur in lege: festum messis &c. Fallitur igitur Cl. MEIERUS, quando asserit, hæc primitiva virorum montis Zeboim ideo non fuisse acceptata, quoniam illa ex fructibus extra terram Israeliticam prognatis constabant, in lib. de festis Hebræor. Cap. XIII. §. XIII. p. 292.

Caput VIII.

DE

 MYSTERIO
 DUORUM PANUM PENTECOSTALIUM.
 ARGUMENTUM.

§. 1. Sensus mystici dignitas. §. 2. Oblationem duorum panum rerum spiritualium gessisse imaginem, novem argumentis adstruitur. §. 3. Variæ variorum opiniones de eorum *mystica significatione*, recensentur. §. 4. Probabilior sententia additur. §. 5. *Triticum* emblemata est *piorum*. §. 6. Ex hoc tritico *Primitiva* h. e. takes, qui in N. T. primum ad fidem adducti, sumebantur. §. 7. *Quantitas & emptio* hujus tritici, nec non ejus *refectio* ad suum scopum applicatur. §. 8. Ejus *preparatio* per granorum commolitionem, corticis separationem &c. quid in fidelibus N. T. exhibebat. §. 9. *Massa similaginea* subigenda erat *aquâ*. §. 10. *Fermentum* duobus panibus immixtum minus recte à nonnullis tanquam symbolum de *ordinario pane comedendo*, solum explicatur. §. 11. Nec probabilior est illorum sententia, quæ istud mystice in bono sensu accipiendum autumat. §. 12. Nam ejus significatione emblematica constantissime in S. S. *malum* aliquod sive *vitium* duntaxat infert. §. 13. *Numerus* panum *binarius*, duos indicat populos. §. 14. Quorum *oblatio* æque ac eorundem *preparatio* ad ministros sanctuarii pertinebat. §. 15. Panum *agitatio* quid sibi velit? §. 16. Quid eorundem *comesio* in mystica significatione significabat. §. 17. *Scopus* mysticæ hujus oblationis ostenditur. §. 18. *Implementum* denique hujus mysterii coronidem tractationi nostræ imponit.

§. I.

§. I.

HÆc de sensu morali dicta sufficient: promovemus jam gradum ad altiora, sensum scilicet typicum, ostensuri, quodnam sub hisce involucris mysterium sit absconditum. Nobilis enim hæc materia, ampliori adhuc lumine perfundenda est, non tantum ea de causa, ut Religionis Mosaicæ decus & Θεωραγεια eo cognoscatur clarius, sed & ut Dei sapientia, quam sub externa hac Ceremonia attentis Sacrarum Literarum ruspatoribus proponere voluit, magis magisque eluceat, atque omnium oculis sese quam clarissimè ingerat. Quod ut eò fiat rectius, ita meditationes nostras digeremus, ut N Ceremoniam hæc verè typum atque imaginem sublimiorum rerum gessisse adstruamus, atque extra omnem dubitationis aleam locemus. Tum Q varias variorum Interpretum de mystica horum Panum significatione, opiniones, percensemus. Ac denique I ipsum mysterium ex nostra sententia, pandamus.

§. II.

Prius, ut contra illos, qui minùs reverenter de Religione Mosaica, Ceremoniisque legalibus sentiunt, & nucleo neglecto solum corticem venantur, demonstremus, supponimus quæ aliàs pro sensu legis typico à Viris Doctis rectè urgeri solent,

N quòd externa talis Ceremonia nisi sublimius quid reconditum haberet, nil nisi ludicra pompa, nec Dei sapientià satis digna, nec cultui ejus conveniens fuisset; ut &

Q quòd ipso Apostolo teste universa Lex, atque adeo & hæc ejus pars typum rerum futurarum continuit, & ad Christum respexit Rom. X. 4. 2 Cor. III. 13. & Hebr. X. 1.

I Propius autem ad nostrum in specie scopum facit, quòd cum omnia festa habuerint σκιαν των μελλοντων Coloss. II. 16. idem necessario de festo Pentecostes, atque adeò & de hac præcipuà ejus ceremonia judicium ferri debet.

7 Accedit, quòd collectio frumenti, ex quo Panes Pentecostales constabant, restricta fuerit ad fructus terræ Canaanis. Cum autem terra Canaan typus sit Ecclesiæ N. Test. & tota ejus fertilitas, bonorum illi concedendorum, hinc & Primitiva hæc Pentecostalia tanquam pars fructuum præstantissima analogum quid depingere debuerunt.

K

Nec

ה Nec sine omni ratione factum cenferi debet, quod hi Panes formula solempni, per quam *Sacra Sanctissima* commendantur, tanquam קדשי קדשים *Sanctitas Sanctitatum*, sive *res sanctissime*, ac propterea infinito honore ac summa veneratione afficiendæ, quoque nobilitati fuerint, ut supra *Cap. V. §. 4.* indicavimus. Addatur MAIMONIDES ad *Cod. חלה Cap. IV. m. 9.* Hujus autem tituli tantum est decus, ut tribui rebus externis non posset, nisi præstantius quid & sanctitati Dei magis conveniens in se continuissent. Hinc quoque

י cum aliis sacrificiis seu oblationibus cruentis Panes duo in Pentecostali festo offerendi, conjungebantur. Huc præcipue spectant *duo illi agni anniculi*, qui in sacrificium שלמי ציבור immolandi, cum quibus Panes duo in התנופה *agitatione* tam indissolubili nexu cohærebant, ut ex mente Talmudistarum, nec illi sine *his*, nec hi sine *illis* agitari aut consecrari potuerint, ut fuse ostendimus in *dissert. sing. de Duobus Agnis Pentecostalibus* nondum edita, *Cap. III.* Hos autem *duos Agnos Pacificos*, æque ac alia sacrificia typum gessisse, etiam illi, qui cæteroque in studium typicum iniquiores sunt, non facile inficias ibunt. Præcipue cum agitatio ipsa in omnes sex mundi plagas, indicio sit, quod *Panes hi* æque ac *Agni duo* rationem sacrificalem, adeoque & sensum spirituales habuerint.

י Cumque ferta alia aut farinacea dona in cultu Levitico oblata typica fuerint, totiesque eam ob causam cum sacrificiis conjungantur *Ephes. V. 2. Hebr. V. 1. & VIII. 3.* quin & typice explicentur *Jes. LXVI. 20. & Malach. I. 11.* quo pacto id de solis his panibus negari poterit? Præcipue cum

ה Eadem & aliorum Primitivorum Primitiarumque sit ratio, ut *ex I Cor. XV. 20. Jac. I. 18.* aliique locis patet. Et

ו in specie toties ad hos panes in mysterii explicatione, alludatur, ut ex infra dicendis clarius patescet,

§. III.

Atque hinc mirum non est, quod plurimi Interpretes etiam hinc dudum mysterium aliquod agnoverunt, licet in ipsius determinatione in partes abeant. HESYCHIUS referente *Lorino* *duos panes* explicat *legem & Evangelium*, qui sunt cibi animarum, & pri-

primitiarum, secundum LXX separati, quoniam omni quidem sapientia sunt præcipui; ab ea autem, quæ exterior est, separati & sejuncti ex duabus decimis similæ fermentatæ, ex doctrina, quæ perfectam Dei divinitatem & perfectam humanitatem tradit; nec aliter coqui, nisi per talem doctrinam possunt. Primitias horum esse domino, quia primus dominus, qui legem perfecit, & Evangelium post hos docuit. Toto remigio hinc abiit RADULPHUS Lib. XVI. in Levit. Cap. IV. quando duos panes interpretatur amorem Dei & proximi, vel præcise illorum, qui per fidem & dilectionem Christo adhæserunt, quique ad eum, quasi ad caput suum in Pentecoste, h. e. universali requie sanctorum omnium in cælo congregentur. Nec multum abludit FRANCISCUS RIBERA de Templo L. V. Cap. VIII. pag. 354: Tunc enim perfecte amamus & in fratribus Deum videmus, solum querimus, soli placere studemus, non querentes jam quæ nostra sunt, sed quæ Jesu Christi. Atque hunc amorem, quo intus exardescimus, primitias merito vocamus, non multo enim post integra oblatio infertur in domum Domini, i. plenissimus & cumulatissimus pulcherrimarum fructus actionum, quibus Deus colitur, quibus fraternitas mirifice juvatur. Fermentum habent, quia fratrum corda fermentant hujusmodi actiones & ad virtutem egregie stimulant, ac Sapore suo implent. Matth. 13. Nec sine causa hi panes, cum quidem domino offerantur, in usum Sacerdotum cedunt quoniam quidquid boni sive erga Deum, sive erga homines propter Deum facimus Deo offerimus; sed utilitas tamen tota nostra est. Huic denique vicinæ ex parte accedit Erud. HILLERUS P. II. Hieroph. pag. 180. Ingens divortium ab hisce fecit SEVERUS in Cat. Græca existimans, per duos panes indigitatas duas personas S. S. Trinitatis, Filium nimirum atque Spiritum Sanctum. Atque inde esse, quod præcise duo panes non autem tres imperati; Cæterum, duabus illis cognitis totam divinitatem Trinitatis clare perspicere, judicat. Alii tamen Interpretum unam duntaxat harum duarum personarum in duobus hisce panibus perspicuam fuisse asserunt. Christum ipsum vivis quasi coloribus per duos panes depictum esse, plurimi censent; quasi ipsius utraque natura, divina sc. & humana, quæ ambo cibus fidelium sunt, per numerum binarium, designetur. Christus etenim, qui panis vitæ, ex præstantissimo & pulcherrimo tritici flore in habitaculis Israelis

prognati, segregatus fuit. Quique deinceps, peracta præparatione, in omnes mundi plagas agitatus, h. e. per Evangelium in toto orbe, Judæis sc. ac Gentibus, annunciatus. Audiamus hujus sententiæ præambulonem PETRUM ABBATEM CELLENSEM in lib. *de Panibus* Cap. VII. p. 306. opp. qui ita scribit: *Qui enim sunt panes primitiarum duo, de duabus decimis simile fermentata: nisi duæ puræ & perfectissima natura in una persona Christi Jesu inseparabiliter conjunctæ! fermentum enim, hic, non coagulum corruptionis, sed operationem significat inseparabilis unctiois. Hi coquantur in primitias domini, quia Dei & hominis eadem persona in utraque naturarum suarum completarum primogenitus sive primitiæ dormientium ab Ecclesia Catholica appellatur & creditur &c.* Conferatur & Cl. DAS-SOVIUS Disp. II. de *Emphas. Sacr. Vocum* §. VI. p. 18. Alii tamen adhuc per *duos panes* præfiguratum esse *Spiritum Sanctum*, autumant, qui tanquam *munus novum* ipso Pentecostes festo super Apostolos descensurus erat, ut *απαρχην τῶν πνευματων* acciperent. Inter hujus sententiæ patronos numerari debet J. H. REIZIUS in *not. ad Goodwin. Mos. & Aaron.* L. III. Cap. IV. § 3. nec non Celeb. SAM. DEY-LINGIUS, qui præcipue hanc hypothesin adstruere conatur in *Observ. Sacr.* multifaria eruditione refertis Part. I. p. 278. Ita enim ille, postquam monitum, illos fideles esse, qui Rom. VIII. 23. dicuntur *απαρχην τῶν πνευματων* accepisse, inquit: *Nam οἱ τῶν απαρχων τῶν πνευματων εχοντες* sunt Apostoli, qui primitias Spiritus sive præstantissima, & extraordinaria Spiritus S. dona acceperant. Ubi observandum, loquendi rationem è *Vet. Test.* desumptam esse. Nam Israelita Lev. XXIII. non tantum secunda Paschatis feria, qui erat XVI. mensis Nisan עמר התנפוח manipulum primitiarum messis sue, sed etiam duos panes agitationis in festo Pentecostes offerre jubentur. Hi panes appellantur etiam מנחה חרשה oblatio S. munus novum vs. 16. בכורים ליהוה primitiæ Jehovæ. vs. 17. לחם בכורים panis primitiarum vs. 20. Quemadmodum autem manipulus Primitiarum messis in Paschate oblatus significasse creditur Christum futurum esse τῶν απαρχων των κεκοσμημενων. I. Cor. XV. 20. Ita vicissim לחם בכורים vel בכורים ליהוה vs. 17. primitiæ in Pentecostali festo oblatæ recte existimantur Spiritum Sanctum notasse, tanquam munus novum die quinquagesima super Apostolos descensurum, ut *απαρχην τῶν πνευματων* acciperent, Rom. VIII. 23. Cumque primitiarum præ reliquis sui generis frugibus & fructibus esset prerogativa, factum est, ut vox *απαρχης* aliis vo-

cibus

sibus juncta, rerum præstantiam notaret. Hoc sensu Jacobus Cap. I. 18. renatos vocavit *απαρχήν των τε Θεσ κλησµατων*. Hoc modo & mensura eminentiore, ipse Paulus primitias Spiritus S. accepit, etsi solennibus Pentecostalibus non interfuit. Verum significatio emblematica fermenti, quod duobus panibus immiscendum, maxime huic utræque obest sententiæ. Quamvis Cl. LANGIUS in *Mysterio Christi & Christianismi* pag. 362. pro priori illa pronunciet: *Quod si Christum panem vite, hic velimus intelligere, fermenti ratio non obstare potest.* Nolumus singulis his sententiis refutandis, aut incommodis, quibus premuntur recensendis tempus terere: verbo tantum notamus, nullam earum satis idoneis argumentis adstrui, nec omnia, quæ in typo locum habuerunt, satis feliciter ad antitypum transferri posse; imprimis vero nullam aliquo in ipsis Sacris literis præsidio niti. Unde si quæ ostendi possit firmioribus fulta rationibus, omnibus circumstantiis magis conveniens, cunctaque in antitypo sistens, quæ in typo obtinuerunt, imò, quam ipse Spiritus Sanctus crebris allusionibus non obscure indicavit, procul dubio illa reliquis omnibus præferenda erit.

§. IV.

Talis est, quæ sub his panibus agnoscit typum fidelium Novi Testamenti, post largissimam effusionem Spiritus Sancti, efficacemque illius operationem ex Judæis & Gentibus colligendorum, & Deo tanquam *מנחה חרשה* Munus Novum offerendorum. Ita prævit PROCOPIUS in *Comm. ad Lev. l. c.* Panes duos ex novis frugibus confectos, (scribens) duos populos esse, qui adepti sunt salutem, & ad fidei unitatem adducti per Christum, atque quodammodo fermentati, cessante veteri fermento, in farina tribus satis, nimirum in Evangelica doctrina, quæ transformat ad suam proprietatem ipsam animam, quatenus fermentari decet duos populos. Cum PROCOPIO maximam partem, mutatis mutandis plerique nostrorum temporum Theologi conspirant, quorum nomina in scenam producere, nimis longum foret. Ubi tamen monendum, nonnullos minus recte solos Apostolos, alios Fideles æque ac Apostolos Panibus his duobus præfiguratos velle. Prius placet Cl. D'OUTREINIO diff. III. de *Tubis Argent.* quæ inserta est ejus lib. de *Clangore Tubarum* p. 140. scribenti: *Ipsi Apostoli duo illi panes sunt, quorum aplex fuit le-*

gatio, dum alii sunt missi ad Judæos, ut Petrus, alii ad Gentes, ut Paulus. Nec displicet SAMUELI COLESERIO in dissert. de Sacrificiis p. 120. Ita enim ait: *Quinquagesimo die ממחרת השבת panes duo fermentati oblati sunt Jehovæ. Apostoli & Discipuli Christi tanquam primitia Ecclesiæ Novi Testamenti, eodem die per effusionem Spiritus Sancti initiati & inaugurati sunt. Posterius autem arridet NICOLAO SCHIRE in Doctrin. Testament. pag. 389. quando inquit: Hi panes significare potuerunt Apostolos, ut panem ex nova messe Messia mediatoris confectum, agitandum & mittendum per totum terrarum orbem, ut & primos fideles, primo præconio Evangelii per Petrum Apostolum conversos. Nec ab hac sententia abludit Cl. LAMPIUS Tom. IV. Fœd. Grat. pag. 1441. Verum Apostoli ipsi videntur heic vix in censum venire posse: Cum illorum potius eadem ratio fuerit in Antitypo, ut quondam Sacerdotum, qui Panes hos præparabant, Deoque offerebant, ut ex sequentibus clarius elucescet.*

§. V.

Hiscæ præmissis, ad propiorem typi elucidationem nosmet accingimus. Materia oblationis hujus erat *Triticum*, frumenti species optima; quare & illud inter excellentias ipsius terræ Canaanis numeratur à MAIMONIDE in בכורים ה' Cap. II. §. 2. Hoc nobis egregium exhibet emblema piorum sive electorum, qui ut triticum & bonum semen, fructibus Evangelii turgidi, maturescunt. vid. Matth. III. 12. & XIII. 29. Hinc *Zizania* in tritico est, quando mali immixti sunt bonis. Atque inde proverbium, quod apud Divinum Vatem JEREMIAM Cap. XXIII. 28. מה לתבן את-הבר legitur, prognatum: Quod optime interpretatur CHALDÆUS: כמרֹד דפרש בין תבנא לעבורא כן פריש בין צדיקיא לרשיעיא Eodem sæpius alludunt *Judæorum Magistri*, ut R. EPHRAIM in ספר עיר גבורים fol. 18. col. 2. & R. SALOMON in Chel. Harisch. Misseph. fol. 96. col. 1. quorum verba legantur apud Doct. DASSOVIVM in lib. de Resurrect. mortuor. Cap. IV. p. 52 seq. Conferatur & גמ' כתובות fol. III. col. 2. Huc facit quod R. MEIER in סנהדרין fol. 90. col. 2. Regina Cleopatæ quærenti, quomodo mortui resurrexerunt, nudi an Vestibus induti, respondisse fertur: ק"ו מחיטה ומ"ה חיטה שנקברה ערומה ויצאה בכמה לבשין צדיקים שנקברו בלבושיהן על אחת כמה וכמה. Constat id argumento à minori ad majus

majus à tritico fiant, quomodo enim se res cum tritico habet? nudum terra mandatum, multis vestibus indutum progerminat, quanto magis pii, qui cum vestibus sepeliuntur, cum iis resurgent. Mystice & illud, quod Cant. VII. 3. כִּטְנֵךְ עֵרִימַת חֲטִיִּים legitur, explicant Judæi in במדבר רבא sect. II. apud CARTWRIGTUM Cap. I. mellef. Hebr. L. II. נמשלו ישראל בערימה של חטים מה החטים הללו נכוסות לאוצר במנזן כך אמר הק"כ' בה שיהו ישר' נמנים כל שעה לכך נא' כִּטְנֵךְ עֵרִימַת חֲטִיִּים Israel comparatur acervo tritici. Quid sit huic tritico? Colligitur numerato in borreum. Sic Deus S. B. præcepit, ut Israel subinde numeraretur. Propterea dicitur: Venter tuus acervus tritici. Comparationis hujus ratio, ne omnibus minutiis immoramur, potissima hæc est, quod Electi ex semine verbi divini, mediantibus radiis solis & pluviâ Spiritus Sancti in fœcundo Ecclesiæ agro, prognati feliciter succrescunt, & tantum aliis præstantes, quantum triticum infelici lolio, gratissimum & ad spiritualem cibum utilissimum, quin & albo sanctitatis colore imprimis spectabilem fructum uberrimâ copiâ ferunt. Ex eodem hoc emblemate PET. KIRSTENIUS nomen حواريون quo duodecim Apostoli J. C. Arabibus appellari solent, explicat, quia nomen الكواريون ut autor est Clarissimus Medicorum EBN SINA Lib. II. Canon. Capit. جنطة proprie signat triticum albißimum. Lubet Virum Celeb. hac de re inter alia loquentem in Vitis Evangelistarum quatuor pag. 15. in scenam producere: Quod si quis, hoc nomen his duodecim Apostolis propter doctrinæ puritatem seu candorem attributum fuisse diceret, neque is magni erroris accusari posset. Quemadmodum enim inter omnia frumentorum genera, triticum est optimum, & in variis tritici speciebus, illud adhuc præstantissimum, quod Arabibus dicitur الكواريون Ita etiam horum duodecim Apostolorum doctrina in omnibus optimis doctrinis semper fuit præstantissima. Jure itaque hoc epitheton ipsis etiam Apostolis tanquam hujus doctrinæ propagatoribus, tribuitur. Hujus vero puritatis S. candoris, respectu, hæc doctrina lactis obtinuit nomen, 1. Cor. III. 2. Hebr. V. 12. & 13. 1. Pet. II. 2. Ipsi etiam effectus gratia, doctrina Apostolorum, tritico optimo, sive حواريون جنطة optime comparatur.

§. VI.

Ex hoc tritico Primitiva petebantur, per quæ secundum ana-
 lo-

logiam & συναθειαν totius typi commodissime intelliguntur illi qui primum in diebus N. T. ad fidem in Christum adducti sunt. Audiamus *indubium rei hujus interpretem JACOBUM Cap. I. 18.* Βουλιθεῖς ἀπεκρυψεν ἡμᾶς λογῶ ἀληθείας, εἰς το εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχὴν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Tales *primitias* igitur præcipuè invenimus in illis, qui ipso primo Pentecostes Christianæ festo ad Christum conversi fuerunt. *Actor. II.* ut &, qui sequentibus diebus iisdem additi. Imò, uti hi ea ratione considerantur, in relatione ad Ecclesiam illorum locorum, aut etiam ad universalem totius Novi Testamenti, ita non minus aliæ regiones suas primitias habuerunt in his, qui *primum* illic vocati & Deo consecrati fuerunt; unde *PAULUS Epænetum*, ut & *Stephani domum*, appellat Ἀπαρχῆς Ἀχαΐας *Primitias Achaia. Rom. XVI. 5. & 1. Cor. XVI. 15.* Datur autem talibus *Primitivorum nomen*, tum quia primum ex universâ spirituali messe Deo consecrati sunt, tum quia per illos, ut mox audiemus, universa reliqua messis sanctificata, tum denique, quia uti ad primitiva illa, lectissima præstantissimaque sumebantur, ita & hi primi fideles Ecclesiæ N. T. præ aliis, multis prærogativis gavisi sunt, & fidei ἐνεργεια, sanctitatis laude, zelo &c. immensum quantum emiuerunt; quo faciunt egregia encomia, quibus passim *Primitiva* illa Ecclesiæ exornantur. *Actor. IV. 32. seq. IX. 31. &c.* Brevibus denominationis rationem complectitur *SCHOLIASTES Vetus Priceo loc. Jacobi cit.* laudatus: Ἀπαρχὴν πρῶτους, πρῶτους καὶ πρῶτους, *Primitias* i. e. *primos & præstantissimos.*

§. VII.

Primitiva hæc sumta sunt ex agro. Ager Servatore ipso interprete, *mundus* est, in quo *fideles* instar *boni seminis*, medias inter tribulas & zizantias impiorum falsorumque confessorum, crescunt *Matth. XIII. 28.* Nec abludit, quod in typo res restricta erat ad solum agrum Canaanis. Id enim pro Oeconomix illius ratione fiebat, ubi hæc in specie terra, Israelitis in peculium à Deo data, & sedes Ecclesiæ constituta; at in Novo Testamento tota terra futura erat Jehovahæ. *Pf. XXIV. 1.* unde & *hereditas* Canaanis toties ut typus hæreditatis mundi, Ecclesiæ N. T. concedendæ, consideratur. vid. *Pf. XXXVII. 11. coll. Matth. V. 5.* Vel si quis prescius terræ Canaan inharere velit, etiam hæc in specie terra fuit, in

in qua, ut ex dictis patet, prima Evangelii messis instituta, & à
^{α-α-α-α} totius Ecclesiæ meliorum temporum collectæ. Salus enim
 ex Judæis esse debebat. *Job. IV. 22.* & illis primum oportebat an-
 nunciari *verbum Dei. Actor. XIII. 46.* Imò, uti ad Primitiva ager
 Hierosolymæ maximè vicinus eligebatur, ita & adhuc strictius in
 illa urbe *primitiæ* fidelium N. Test. collectæ. *Act. II.* & ipsa primum
 Ecclesiæ sedes facta, quo hac ratione Hierosolyma terrestris cum
 spirituali, typus cum antitypo commutaretur, & in illo inciperet,
 quod in hoc ulterius perficiendum, consummandumque erat. vid.
Jerem. III. 17. & *Jes. II. 3.* Unde & hoc non impedit, quò minus
 quòd illic initium sumit, in aliis deinde regionibus quoque lo-
 cum haberet. Quemadmodum autem non magna admodum tri-
 tici copia ad hunc finem sumebatur, sed duntaxat tantum, quan-
 tum *Duas Decimas* similaginis ex illo paratæ, impleret, ita quoque
 in relatione totius mundi, quin & in specie omnium fidelium se-
 quentium temporum, non magnus admodum eorum, qui primum
 vocati, numerus erat. In primo Pentecostes festo non nisi *tria*
millia ex omni multitudine conversa esse, relatum legimus *Actor.*
II. 41. Quod si quis propius in numero hoc *binarum decimarum* my-
 sterium querere velit, neque is plane à scopo abluet. *Denarium*
 sanè *numerum* non solum apud *Cabbalistas* & *Pythagoreos* ^{μυστικὸν ἀριθμὸν}
 haberi, sed & in ipso *Sacro Codice* ejus rei non obscura vestigia oc-
 currere, dudum à viris doctis BUNGO, MEURSIO aliisque est
 observatum. DELRIO in *Adagial. Sacr. P. I.* ad *Lev. XXXI. 7.*
 ubi Jacob conqueritur *decem vicibus* mercedem suam à Labane mu-
 tatam, scribit: *Origo dicti, quia quod in bonis malisque maximum aut*
perfectissimum id denario denotabant; idemque variis exemplis ex Lev.
XXVI. 26. Num. XIV. 22. Job. XIX. 3. &c. illustrat. Imprimis in
 relatione ad Ecclesiam *numerus* hic frequentissimus est; dimensio fe-
 re totius Tabernaculi, asserum ejus & cortinarum per *denarios* di-
 gerebatur *Ex. XXVI. 1, 16. XVII. 12. XXXVI. 8, 21. XXXVIII. 12.*
Salomon faciebat in Templo *labra decem, candelabra decem, mensis*
decem, 2. Chron. IV. 6. seqq. Ecclesia N. T. sub emblemate *decem vir-*
ginum depingitur. *Matth. XXV. 1.* sqq. quin & in specie de Ecclesiâ
 ex gentibus promittitur fore, ut *decem viri ex omnibus linguis gentium* appre-
 hendant *alam viri Judæi; dicentes: ibimus vobiscum, quia audimus, quod*
 L Jeho-

Jebova vobiscum. Huc facit, quod apud Judæos עשרה בטלנים
decem Otiosi universam Ecclesiam Judaicam repræsentabant, ut fufe do-
cet Celeb. RHENFERDIUS in dissert. de decem otiosis. Quare &
quando Servator in reprehensionis fraternæ gradibus jubet assume-
re unum aut duos, & si reprehensus illos non audiverit illud Ecclesiæ
dicere, Matth. XVIII. 15, 16, 17, per hunc quoque denarium homi-
num numerum Ecclesiam intelligi debere, erudita ejusdem RHEN-
FERDII diff. ad loca Hebr. N. T. §. 36, est observatio. Atque hinc quo-
ties insignioris cujusdam Ecclesiæ partis, sive in bonum, sive in
malum separandæ aut separatæ mentio fit, decimæ partis nomine
eadem venire solet. Sic Jes. VI. 13. ועוד כה עשיריה ושבה ודיתה
לבער & amplius in ea decima pars erit, & hæc iterum erit in extermin-
ationem. Eodem collineat Parabola de muliere, quæ decem drach-
mas habens, unâ deperditâ lucernam accendit, domum verrit,
nec à quærendo desistit, donec deperditam decimam invenerit,
Luc. XV. 8. Conf. Cel. VITRINGA de Parab. pag. 662. seq. Nec
abludit ipsa Decimarum & præcipue pecudum, quæ mæmbra Ecclesiæ
per rationalem cultum Deo offerenda, denotabant, lege divina
quondam præscripta solutio. Lev. XXVII. 32, 33. Quare autem
due decime hic sint sumtæ ex sequentibus elucescet, ubi duos panes
inde oblatos videbimus, ad denotandam Ecclesiam tam ex Judæis,
quàm Gentibus colligendam. Si enim respectu utriusque hujus Ec-
clesiæ partis Scriptura denarii, ut ostensum, mentionem faciat,
quid mirum, si & utriusque primitiva sub emblemate binarum deci-
marum proponantur! Saltem firmiori hæc fundamento nituntur,
quàm quòd Interpretum quidam in specie tria sata tritici hujus, ad
tres tum temporis cogniti orbis partes, Europam, Asiam & Africam
restringunt; imprimis cum hæc mensura nullibi in Sacro Codice, sed
tantum in scriptis Rabbiorum memoretur. Triticum hoc emeba-
tur argento ararii publici, quod ad universum Israelitarum populum
pertinebat, Fideles empti sunt pretiosissimo Jesu Christi sanguine, ad
totum N. T. populum, Israelem illum Dei, spectante. Ad hanc
emptionem haud dubie respicitur, Apoc. XIV. 4. Ουτοι ηγορασαθησαν στα-
των ανθρωπων, απαρχη η τω Θεω και τω αγνω. Quam allusionem hac ra-
tione in transitu insinuare studet Doct. HORCHIUS in dissert de
Aguo

Agno in morte Sion pag. 27. in notis, inquires: Præcedit resurrectio testium, eorumque adscensio in caelos, cum manifestissima allusione ad resurrectionem atque adscensionem Christi. Apoc. II. II. ideoque quum resurgerent testes, jam tum habebant rationem primitiarum Paschalium, non secus ac ipsemet Christus, qui eo ipso die, quo manipulus primitiarum Paschalium offerebatur, prodiit ex sepulchro, ut primitia ex mortuis. 1. Cor. XV. 23. Prout igitur illa testium resurrectio $\sigma\sigma\sigma\sigma\sigma\sigma$ primitiis Paschatis, sic **COMITES AGNI** utique censendi sunt respondere **PRIMITIIS PENTECOSTIS**, quæ Paschalibus erant nobiliores; ex tritico nimirum, quum contra ista essent ex hordeo. * Nec minus notabilis est ipsa tritici hujus-re-

L 2

sectio

* *Hordeum* quippe in se spectatum non tanti apud Judæos, reliquosque orientis populos habebatur, quam quidem *triticum*. Unde *hordeo* non nisi maxima ex parte *serui* ac *pecudes* apud eosdem aiebantur. Quare עֵצַת שְׁעוּרִים symbolum nobis sistit *inopia* apud *Ezechiel*. IV. 20. Conferantur præter supra Cap II. §. I. jam observata, quæ hanc in rem quoque adnotat **BEVEROVICIUS** P. II. *Idea Medic. Veter.* p. 70. Huc itidem aurigatur carmen, quod **CI. HOTTINGERO** teste **L. II. Biblioth. Quadrip.** Cap. III. p. 253. ex *Abunafra AlFarabi* in urbe *Balck*, inventum:

PANIS HORDEACEUS & aqua putei. & habitus lana in pace
Meliores sunt, quam latitia terminata in poenitentia.

Huic addatur **SJEICH SADI** qui ironice Cap. I. *Rosfar, Polit.* p. 64. ita *Perfice* canit:

ای سیر تر اند جوین خوش نماید *
معشوق منسق اف که بدزیک تو شستنت *
Ⓞ satur, tibi **HORDEACEUS PANIS** non est gratus,
Meum vero delitium, quod tuum est fastidium.

Atque hins forsan quoque est, cur orientales, quum vilissimam, nec magni momenti rem, rei alicui comparare volunt, *hordeum* sæpissime in scenam produxerint. Prodeat hanc in rem iterum **MUSLADINUS SADI** in *Præf. ad Rosfar. Polit.* p. 32.

مجال سخن تا تبیین ز پیش *
نه بیهود کغتن میر قدر خویش *
Atque hinc forsan quoque est, cur orientales, quum vilissimam, nec magni momenti rem, rei alicui comparare volunt, *hordeum* sæpissime in scenam produxerint. Prodeat hanc in rem iterum **MUSLADINUS SADI** in *Præf. ad Rosfar. Polit.* p. 32.

مجال سخن تا تبیین ز پیش *
نه بیهود کغتن میر قدر خویش *
Orationis oportunitatem nisi presentem videris,
Tu, inanibus nugis, ne te hordeaceum oratorem præstes.

Imo

sectio & collectio. Denotabat illa collectionem Primitivorum horum spiritualium ad Ecclesiam N. T. quem in finem necessarium, ut quasi refecarentur, non sine quadam vi sensuque molesto ex pristino suo statu, neque enim sine prioris status derelictione prerogativarum terrenarum & imprimis pinguioris soli Canaanis, quin & sui ipsius abnegatione, dabatur transitus in regnum Dei & Christi. vid. *Psal.* XLV. 11. *Matth.* X. 37. XVI. 24. *Luc.* XIV. 26. & *Hebr.* XIII. 13, 14. Illic demessio & collectio fiebat à בית רין *bic* verò à ministris N. T. Αποστολῆς Θεοῦ καὶ κληρῶν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, quos phrasi Judæis haud infrequenti בית רין של מעלה non male appellares, quosque Spiritus Sanctus ut θεεργατοὺς *Messores*, *Job.* IV. 37, 38. & εργατοὺς *operarios in messem emissos* considerat, *Matth.* IX. 38.

§. VIII.

Triticum autem hoc non ita, uti ex agro allatum, offerri debebat, sed *conterendum* prius per granorum commolitionem, & per corticis separationem, atque ab omnibus furfuribus median te sæpius iterata cribratione, liberationem, in purissimam similaginem convertendum. Quæ omnia, *ulterioris veræ conversionis opus*, contritionem cordis, tristitiam secundum Deum, depositionem veteris hominis, ventilationem per varias tribulationes & afflictiones eleganter depingunt. Unde ad talem farinæ præparationem alludi *Pf.* LI. 19. recte arbitratur D' OUTREINIUS de *Clang. Tubar.* p. 174. Conf. *Pf.* XXXIV. 19. & *Esai.* LXVI. 1, 2. Ejusmodi autem quid videre est in auditoribus Petri in festo Pentecostes, qui sermone ejus percussis, exclamabant: Τι ποιησομεν ανδρες αδελφοι, ut & in subjuncto Petri consilio: μετανοησατε, και βαπτισθητω εκασος υμων επι τω ονοματι Ἰησοῦ Χριστου εις αφεσιν αμαρτιων. *Actor.* II. 37, 38. Non absolum quoque plane est, quod IGNATIUS in *Epist. ad Roman.* Cap. IV. 4. hic de martyrio cogitat, cum bestiis projiciendus asserens: *se esse triticum Domi-*

In eundem sensum quoque loquitur *Cap.* II. pag. 212.

عالمی راہے کفنی باشد و بیس *

چو دیکوید نکیرن اندر کس *

Sapiens, qui nihil, nisi bordeacea fecerit verba.

Verba etsi pro concione fecerit, in neminem tamen penetravit.

Domini, molendum ferarum dentibus, ut panis purus efficeretur. Qualia & leguntur apud IRENÆUM *Lib. V. Cap. 28.* quamvis tamen in sequentibus clariora adhuc martyrii vestigia se nobis sint oblatura,

§. IX.

Similago hæc purissima subacta fuit affusâ aquâ, eaque, ut *Judei* sciscunt, calidâ, non autem oleo, ut *Cel.* ALTINGIUS in *Comment.* ad *Deut. XVI. T. I. Opp. p. 518.* aliique nonnulli Viri Docti existimant. Aqua in Sacris frequentissimum emblema est tum doctrinæ cœlestis, tum donorum Spiritus Sancti, ut *Psal. XXIII. 2. Esai. XLIV. 3. Ezech. XXXVI. 25. & imprimis XLVII. 1.* ad quod visum procul dubio *Apoc. XXII. 1.* alluditur. Idem conspicuum est in variis typis. Sic XII. fontes in Elim reperti, qui abundanter Aquam sitibundis Israelitis subministrabant *Exod. XV. 27. & Num. XXXIII. 9.* adumbrabant egregie XII. Apostolos J. C., qui doctrinam Evangelii cum donis Spiritus Sancti Ecclesiæ N. T. propinarunt. Eodem ut notum spectat Aqua è fonte Siloa, maxima cum lætitiâ, ultimo festi Tabernaculorum die hausta & in altari libata; quæ eleganter itidem effusionem donorum Spiritus Sancti largissimam, quæ fidelibus Novi Test. summæ lætitiæ futura causa, præfigurabat, *Conf. Jes. XII. 3. & Job. VII. 37. sqq.* ut alia loca transeam. Ex quibus omnibus patet illa aquæ affusione & massa cum eadem subactione eleganter adumbrari, qua ratione fideles N. T. ulterius mediante verbo & Spiritu ad obsequium fidei flectendi, macerandi, cordaque non imbuenda solum, sed & plene planeque subigenda, ut hoc modo ad omne bonum opus perfecti atque idonei redderentur.

§. X.

Antequam tamen ex hac massa Panes formarentur, prius Fermentum ex singulari Divini Numinis mandato illi inditum fuit. Sunt nonnulli Interpretum, tam Judæorum, quam Christianorum, qui omnem plane significationem mysticam hujus fermenti tollunt, subsistentes tantum in usu ejus physico. Sic doctissimus Judæorum Interpretes ABARBANEL in *Comment.* ad h. l. non aliam ob causam Panes duos fermentatos in Pentecostali ritu oblatos fuisse asserit, quàm, quia Israelitæ ordinariò talem comedere soliti. Atque hanc sententiam approbat *Cl. LIGTFOOTUS* in *Minist. Templi Hieros. Cap. XIV. Sect. IV. T. I. Opp. pag. 743.* scribens: *Debebant offerre (omnes*

masculi in Pentecostes festo) duas placentas coctas cum fermento ex novis
 frugibus. Et si queratur, quare tum adhiberetur fermentum, quod in Pa-
 schate adeo discrete interdictum erat; quidam Hebræi idoneam hanc profe-
 runt rationem, quia hæ placentæ offerebantur propter panem, quem ordi-
 nario comedebant; (erant enim hæ primitiæ frumenti) sed paschalis panis
 erat in commemorationem festivi discessus ex Ægypto, quo tempore non po-
 terant expectare, donec fermentaretur massa. Adstipulantur quoque
 OTTO in Lex. Philol. Rabbin. p. 204. CLERICUS in Pentat. ad h. I.
 p. 307. & LEYDEKKERUS L. IX. Reipubl. Hebr. Cap. V. pag. 555.
 Imo fundamentum hujus rei aliquod invenimus in Cod. Miscb. סוכה
 Cap. V. m. 6. ubi Sacerdos duos panes distribuens inter classes
 Sacerdotales in festo Pentecostes, in Sabbatum incidente, dicere
 solebat הילך חמץ in oppositione Panum XII. Propositionis, in
 quorum partitione agebat הילך מצה Quod ita explicant Talmudici
 in Cod. Talm. סוכה fol. 55. col. 4. מן דאמר הילך מצה דהויה
 מן דאמר הילך חמץ דהויה תויר ומון דאמר הילך חמץ דהויה תויר
 unus dicit Sacerdos?
 Ecce tibi azymum, quia hic est panis dilectus. Et unus dicit! Ecce
 tibi fermentatum, quia talis panis est vulgaris, ordinarius, continuo
 comedendus. Nec mirum ad ordinarium panem adhibitum fermentum,
 quoniam id aciditatem habet moderatam, quæ panibus gra-
 tum facit saporem, & concoctionem adjuvat. Hinc panis fermento
 carens durioris concoctionis est, & stomacho gravior accidere
 solet. Quare GALENUS aliquoties dixit: minime salubres esse pa-
 nes non fermentatos. Juvat hic adducere verba PHILIPPI Tom. III.
 Decal. Philipp. pag. 425. Fermenti effectus sunt in pane, inflare, rarefa-
 cere, & attenuare. Hæc primum eo conducunt, ut in pane singule partes
 recte & equaliter coqui possint. Deinde nostris corporibus utilior est panis
 rarior, tenuior, & equaliter assatus. Facilius enim arripit natura nostræ
 corporis attenuatas & rarefactas partes, & ipsa mixtura fermenti rarefac-
 tionem in ventriculo adjuvat. Deinde & sapor ex acido & salso mixtus,
 concoctionem irritat & acuit. Atque inde haud dubie occasio sumpta,
 per symbolum Panum fermentatorum refricare memoriam de ordina-
 rio pane comedendo tanquam perfectissimo & integerrimo alimento.
 Audiamus hanc in rem verba PHILONIS Judei, qui ita in lib. de
 Septen. & festis, Opp. p. 1193. philosophatur: συμβολον δ' εστιν και αιδων
 η ζυμη δυοιν' ενθ' μιν εντελεσται και ολοκληρα τροφης, ης οχι εστιν ευρειν εν τη
 καδ'

καθ' ημεραν Χρησει κρηττονα και λυσιπελετερον κρητισον δε και ο τε σιτε καρπⓄ εν σπαστοις, ως αρμοπειν υπερ τε αρις ποιειοται την αρισην απαρχην ετερον δε συμβολικωτερον, παν το εξυμωμενον επαιρειν. Χαρρα δε ψυχης, ειν κλογⓄ εμαρσις επ' ρθεν των αυτων μακρον χαρειν πεφυκεν ανθρωπⓄ, η ευπορια και αφθονια των αναγκαων εφ' ος αζιον γεγηθοτως ευχαρισειν, ποιικμενες αορατε της περι την διανοιαν ευπαιδειας αιδητην δια των εξυμωμενων αρετων ευχαρισιαν. αρτοι δ' ειν, αλλ' κ σιτⓄ, η απαρχη. δια το μηδεν ενδειν εως της εις απολαυσιν τροφης, σιτε γεγονοτⓄ. λεγεται γαρ οτι των σπαρτων απαντων τελευταⓄ ο πυρⓄ γενναοται πεφυκε, και πρⓄ αμηρον παρισαται. δυο δ' ειν αρισα δυοιν χροναιν χαρισηρια. τα τε παραλληλοτοτⓄ, ευωτων εξ ενδειας και λιμε κακων εκ επειραθημεν, εν ευετηρια διαγοντες και τε μειοντⓄ, διοτι τας εις αυτον χορηγιας και παρασκευας ηντρεπισαμεθα. Verum, hanc tamen *hujus fermentationis rationem* minime solidam esse, sed potius & hinc sublimius quid reconditum fuisse dubitari nequit. Id enim omnia argumenta §. II. *huj. Capit.* pro mystica Panum horum significatione adducta, non obscure confirmant, uti & *nexis*, qui inter ipsum hoc fermentum & reliquam Panum massam intercedit, idem clarissime ostendit, qui adeo arctus est, ut si reliqua Panum massa fuerit typica, idem necessario de fermento etiam affirmandum sit.

§. XI.

Qui autem *mysterium* hinc agnoscunt, iterum in diversas abeunt partes. Non pauci fermentum in sensu bono accipi debere autumant, illudque considerant tanquam emblemata partim *Spiritus Sancti*, quo fideles N. T. arctissime conjungendi, atque in unam quasi massam convertendi, ut *Cel. VENEMA* in Præfat. quam præfixit *Miraculis Camp. Vitrinæ. fol. 3.* partim *doctrinæ Evangelicæ*, quæ fermento propter motus sui celeritatem, vim penetrantissimam, insinuationem in animas & corda hominum, atque inde oriundam mutationem eleganter assimilari posse putatur. Hæc sententia præcipue Patronos agnoscit *Viros Celeberrimos ALTINGIUM* ad Deut. XVI. *HERMKHUSIUM* in *Leg. umbrat.* p. 626. conf. *D' OUTREINIUS* in *notis ad Camp. Vitrinæ Parab.* p. 231. *SCHEIRMANNUS* P. II. *Itin. Adam.* p. 25. & *KIRCHMEYERUS* in *disquis. de festis Judeor. anniverf.* p. 15. Sed obstat utraq; huic explicationi;

Quod hæc significatio Emblematica non satis firmo nititur funda-

fundamento, nec de eâ ex sacris Pandectis satis constat. Locus enim *Matth. XIII. 33. coll. Luc. XIII. 21.* qui eò trahi solet, adhuc in quæstione est, cum & scopus Christi & integer Parabolæ nexus longe aliud quid exigere videantur, ut *Cel. TILLIUS, HUYSINGA, GÜRTLERUS* aliique censent, & ipse tandem *Celeb. VITRINGA* de *Parabol.* postquam utramque sententiam fusè examinasset, pag. 176. edit. Belg. rem determinat. Negari quidem nequit, in *stylo figurato, picturisq; emblematicis* multam regnare varietatem, sic ut una eademque res nunc in *bonam*, nunc in *malam partem* sumatur; quemadmodum *Leo* aliquando *Deum*, aliquando ipsum *diabolum* depingit, *Simplicitas columbina* nonnunquam *vitium*, nonnunquam *virtutem* designat, *Ovis* mox symbolum est *innocentia*, mox *stupiditatis*. Item *serpentes* quantumvis pestiferos in *bonum* tamen *sensum* Dominus sumit, ac *prudentiam* eorum commendat, quid quod ipsemet *serpenti* aneo præfigurari voluit. Verum an idem in fermento duobus Panibus, imprimis *similagine triticea*, non autem *farina hordeacea* paratis immixto vere locum habeat, ejus ulterior probatio merito desideratur. Præcipue, quum ea, quæ *Doct. MERCKENIUS* de fermenti qualitatibus in utroque pane, tam *hordeaceo*, quam *triticeo*, non sine omni verisimilitudinis specie observavit in *Observat. Critic. in Passion. J. C. p. 222.* calculo nostro approbemus: *Non metaphorici* (inquit) *aut si mavis emblematici sensus fundamentum in qualitatibus panis, sed panis à pane distinctione sita est ac latet, nimirum quando FERMENTUM SENSU BONO venit, proxime respectus habetur ad PANEM HORDEACEUM, qui apud nos panis niger vocatur, qui absque fermento inspidus est, sed parumper fermentatus reficit ac robur præstat, si autem SENSU MALO venit, ad PANEM SILIGNEUM ni fallor respicitur, qui FERMENTI mixturam refugit, eumque corrumpit.*

□ Et si vel maximè illa fermenti significatio aliàs locum haberet, huic tamen argumento commode applicari nequit, quoniam ipsa *Spiritus Sancti operatio* simul cum vi *doctrina Evangelica* in illis, quæ de præparatione massæ hætenus dicta sunt, & porrò dicentur, jam conspicua sunt, ut adeo non opus sit, hæc iterum ex addito fermento repetere. Accedit

△ Quod hac ratione nulla commoda ratio dari posset, cur summus Legislator duos panes ob additum iis fermentum tam severe alta-

ri suo proscripserit. Cum potius rei natura flagitet, ut firmiter credamus, *verbi & spiritus in fidelibus operationem*, illos ad spiritualem in altari oblationem Deo effecisse gratiores.

§. XII.

Ad nos autem quod attinet, potius cum illis tam diu facimus, donec meliora quis attulerit, qui *fermentum* hoc ex constantissimo scripturæ usu in *malam partem* accipi debere autumant, ut *Cel COCCIJUS* in *Comment.* ad *Lev. XXIII. 17.* *COLESERIUS* in *disp. IV. de Sacrif.* p. 121. *BURMANNUS* in *Comment.* ad *h. Lev. loc. Cel. LAMPIUS* *Tom. IV. Foed. Grat.* p. 1442. & p. 1489. *SCHIRÆUS* in *doctrin. Testam.* p. 389. *RUIMIGIUS* *Tom. I. Explicat. Sacrar. Emblem.* p. 576. aliique longe plurimi. Est autem *FERMENTUM* emblemata *corruptionis* aliquando in *doctrina* atque ita pro *doctrina vana inflationis plena*, & *animos falsâ proprie sapientiæ aut justitiæ opinione instante nec non corruptente* ponitur, ut *Matth. XVI. 6.* Ὁρατε ἡμεῖς προσεχέτε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων. Non absimili ratione *PERSIUS* *Satyr. I. v. 24.*

Quo didicisse, nisi hoc *FERMENTUM*; & quæ semel intus

Innata est, rupto jecure exierit caprificus.

Quibus verbis *eruditionem & scientiam inanis gloriæ cupidam* comparat *Poeta* cum *fermento* animos *instante*, itemque cum *caprifico*, quæ arbor sylvestris est, ipsa laxa & muro prorumpens. Quapropter *MARTIALIS L. X. Epigram. 2.* canit:

Marmara Messale findit Caprificus & audax

Dividior Crispi mulio ridet equos.

Imprimis idem *voluntatis, affectuum, morum, totiusque naturæ nostræ corruptionem* depingere solet. Inde in *Talmude* formula protrita est proverbialis: שָׂוִי שְׂבַעְסָה *Fermentum in massa*, ad peccatum originale & concupiscentiam malam nobis innatam exhibendam. Eadem ratione *PRUDENTIUS* *Apotheos. v. 354.* *fermentatos mores* dicit, pro *corruptis & omni vitio infectis*. Sic *R. ALEXANDER* apud *Buxtorffium Lexic. Talmud. col. 2303.* & *JOSEPH ALBO* *Sermon. III. Cap. 82.* apud *Drusium* in *Comment. ad 1 Corimb. V. 7.* post preces dicere solebat: *Domine mundi, notum tibi est, quod voluntas mea sit; ut faciat voluntatem tuam. Quis autem me retardat?* שָׂוִי שְׂבַעְסָה *FERMENTUM, QUOD EST IN MASSA*, h. e. יֵצֵר הָרַע *Concupiscentia*

scientia mala seu innata nobis vitiositas, R. SALOMONE interprete. Cujus interpretationis rationem non inconcinnam exhibet R. ABRAHAM SCHALOM in lib. *נורה שלום* fol. 191. col. 2. inquit: *Rabini nostri vocant figmentum malum שכנסה שאור fermentum in massa, שכנסה השאר המועט תחמיץ עסרה גדולה ומפסידה וכי* Quod sicuti paululum fermenti magnam massam acore suo inficit & corrumpit, ita & הרע יצר totum corrumpit hominem. Idem ferme habetur in *Cod. Babyl.* ברכות fol. 17. 1. Conf. LIGTFOOTUS in *Hor. Hebr.* ad *Matth. cap. XII. 6.* Eadem significatio itidem restituenda est Radici נלה cuius Niphal נלהו tribus tantum in locis adhuc super est, nimirum *Psal. XIV. 3. LIII. 4. & Job. XV. 16.* Lexicographi in hujus thematis explicatione hactenus substiterunt in generaliiori quodam significato corruptionis vel putredinis, aut foetoris, nisi quod magnus COCCEJUS de usu Arabico in acore lactis fermentescente monuerit, quæ & haud dubie genuina radice נלה significatio fuit. Nam illa hodie apud Arabes in *Conj. VIII.* ايتاخ i q. اختلط proprie signat confusum & turbatum fuit negotium illi, item acuit, seu in acorem versum fuit lac, ut GOLIUS recte ex Camuso in *Lex. Arab.* ad hanc radicem itidem adnotavit.

Ita quoque in specie ad varios animi affectus, & præcipue iræ, odii & similitatis, quibus cor quasi fermentescit ac intumescit, indeque orientia vitia transfertur. Sic Hebræorum thema חמץ cui partim notio aceti, partim fermenti inest, invenitur *Psal. LXXIII. 21.* Cor meum יתחמץ h. e. indignatione inflabatur ac intumescebat. Atque hinc חומץ *Psal. LXXI. 4.* proprie fermentatum, acetosum hominem signat, cujus cor quasi malitiæ fermento & acore infectum, aliis vim ac molestiam infert. Hebræo ad amussim respondet Arabicum حامض *رجل حامض الغوان متعير*: *فاسد* Homo acidus sive fermentatus corde i. e. eo mutatus ac corruptus. Simile quid de Cyro prædicatur in *Cod. Babyl.* ראש השנה fol. 3. col. 2. כורש החמץ Cyrus acidus redditus sive fermentatus est, i. e. deterior factus & in pejus evasit. Prior identidem translatio usurpatur à PLAUTO in *Aulularia Act. III. Scen. IV. v. 9.*

— — — Quid opus est verbis! ita mihi PECTUS PERACUIT.

Capio sustem, obtrunco gallum, furem manifestarium.

Et in *Bacchid. Act. V. Scen. I. vs. 13.*

Hoc

Hoc est, quod PERACESCIT, hoc est demum, quod percrucior,
Me hoc etatis ludificari:

Altera non minus figura invenitur in Mercatore Act. V. Scen. III. vs. 14:

Edepol numquam; Cavi, ne quid facerem, vix vivus sum miser!

Nam mea uxor propter illam tota IN FERMENTO JACET.

Et in Casina Act. II. Scen. V. vs. 17.

— — — Dii te servassent mihi!

Nunc IN FERMENTO tota est, ita turget mihi.

In ira nimirum homo quasi turgescit; unde ira turgescere, idem est, ac in fermento jacere, quod Græcis audit: εν ζυμη κεισθαι h. e. animo acerbatum & iracundia turgidum esse. Inde fermentum quoque ad indignationem tranfertur apud JUVENALEM Sat. III. vs. 188.

— — accipe, & istud

FERMENTUM tibi habe.

h. e. istam indignationis materiam. Atque hinc fermentum eleganter hinc respectu ipsorum fidelium depingit omnem pravam animi dispositionem, astuantes affectuum motus, morumque deprivationem, ut ipse PAULUS emblema hoc interpretatur 1 Corinth. V. 8. *ὡσεὶ εὐσταζομεν, μὴ ἐν ζυμῇ παλαιᾷ, μὴδὲ ἐν ζυμῇ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζυμοῖς εὐληκείας καὶ ἀληθείας*; respectu universæ ecclesiæ autem falsos confessores, doctrina corruptores aut hypocritas, quo præcipuè respicitur Gal. V. 9. *μικρὰ ζυμὴ ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*. Quare quod nonnihil fermenti massæ huic inditum, quid aliud innuebat, quam quod fideles adhuc corruptionis hujus, carnisque reliquias adherentes habent? Rom. VII. 14. seqq. aut quod in externâ ecclesiâ veri fideles falsis confessoribus, & sive in doctrinâ aberantibus, sive in vitâ, pii impiis sunt permixti.

§. XIII.

Ex hac fermentata massa Duo Panes parabantur, numero quidem distincti, sed ejusdem tamen per omnia conditionis, imo unicum tantum fertum constituentes. Quo ipso eleganter depinguntur, non ut quidam censent *duæ domus Israelis*, vel ut alii, *duæ partes Ecclesiæ, orientalis scilicet & occidentalis*, sed potius *gemina fidelium classis ex Judæis & gentibus* constans. Hoc enim præcipuum est N. T. *κρίτηριον* & prærogativa, quod in illâ, sublato omni discrimine *Judei* æque ac *gentes* ad communionem Dei & Christi vocandi atque ad-

ducendi, qui distincti quidem, sed nihilominus uti naturam unam massam constituebant, Rom. IX. 21. ita & in unitate fidei ad unum corpus redigendi erant. Jes. LVII. 19. Ephes. II. 14-18. & IV. 3-6. quo ut de primitiis N. T. testatur LUCAS fierent *ἡ καρδία ἡμῶν ἡ ψυχή* una unum cor & una anima. Act. IV. 32. Recte hanc in rem RIBERA L. V. de Templo Cap. VIII. pag. 353. Tunc (in Pentecoste ait) duo panes novi, ut primitia essent domino (offerebantur), postea primitia oblate sunt de duobus populis Judaeorum & gentium.

Panes hi parati ad ignem in furno coquendi erant. Solet autem ignis aliquando spiritus & charismatum amoris, fervoris, Zeli, aliquando afflictionum aut persecutionis emblema esse, quo sensu & furni sapius fit mentio. Act. II. 3. 1 Tessal. V. 19. Zach. XIII. 9. Jerem. XI. 4. Unde haec coctio innuit fideles, qui primordiorum gratia jam participes facti, ulterius τῷ πνεύματι ζήοντες inque amore & Zelo fervidos reddendos, & accedente tribulationum aut persecutionum actu explorandos, firmandosque esse, quod tandem debitum robur acciperent, & ad cibum spirituale plenius exaptarentur. Rom. XII. 11. 1 Pet. I. 7. IV. 8. conf. Zach. XIV. 21.

§. XIV.

Preparationem sequitur Oblatio. Phrasis haec aliquando latiori significatione usurpata, omnia quae de preparatione dicta sunt, involvit, propriè autem illum actum denotat, quo sacrificia aut dona in atrium interius inferebantur, illicque singulari ratione coram facie Dei sistebantur, aut illi solemni ritu exhibebantur, ut ea rata haberet, benigneque acciperet. Sensu typico autem illo denotatur, quod fideles Deo in ferta spiritualia rite parati ad Deum adducuntur, 1. Pet. III. 18. ecclesiae ejus adjunguntur, Act. II. 41. illique solemni-ter traduntur, quod alias voce *συνάγουσαι* à constitutione victimarum coram facie Dei desumpta innui solet, Rom. XII. 1. & Colos. I. 28. Huc spectat promissio Malachia I. 11. כִּי מִזֹּרֵחַ שָׁמַשׁ וְעַרְבַּי מִבְּיֹאוֹ גְדוּלָּה שְׁמֵי בְּגוֹיִם וּבְכָל-מָקוֹם מִקְסַר מִגֵּשׁ לְשָׁמַיִם וּמִנְחָה טְהוֹרָה כִּי-גְדוּלָּה שְׁמֵי בְּגוֹיִם אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וְהָבִיאוּ אֶת-כָּל-אֲחֻזְכֶּם מִכָּל-הַגּוֹיִם מִנְחָה לַיהוָה בְּסוֹסִים וּבְרֻכָב וּבַצְבָּיִם וּבַפְּרָדִים וּבַכְרֹתוֹת עַל-הַר קָדְשִׁי יְרוּשָׁלַם אָמַר יְהוָה כֹּאשֶׁר יָבִיאוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶת-הַמִּנְחָה בְּכָל-יְהוָה

ִּהְיוּ בְּיָדֵי הַכֹּהֲנִים Oblatio autem hæc non minus quàm præcedens
 preparatio instituebatur per sacerdotes sanctorum ministrorum, qui cer-
 to respectu quidem ipsorum fidelium N. T. sed κατ' ἐξοχήν tamen Apo-
 stolorum & ministrorum Ecclesie, qui in Templo spirituali deserviunt,
 & ad altare mysticum suis muneribus appropinquant, imaginem
 gerunt. Unde Jes. LXVI. 21, à Deo promittitur: וגם-מהם אקה
 לכהנים ללויים. Atque hi ipsi sunt, per quos spiritualia hæc fer-
 ta Deo oblata. En indubium rei hujus interpretem PAULUM! qui ad
 modo citata Prophetarum loca alludens, ait Rom. XV. 16. εις το
 ειναι με λειτουργον Ιησου Χριστου εις τα εθνη, ιεουργουντα το ευαγγελιον του
 Θεου, ινα γενηται η προσφορα των εθνων ευπροσδεκτῃ, ηγιασμενη εν πνευ-
 ματι αγιω. Quæ cum ita sint, quis non videt, minus curate lo-
 qui SAM. COLESERIUM de sacrif. disp. IV. p. 121. quando Christum
 ipsum per sacerdotem duos panes offerentem, indigitatum esse, affe-
 rit, Per sacerdotem scribens, panes primitiales offerentem præfiguratus est
 Christus, qui panem exhibet ad satietatem & per ignem sp. & charitatis
 θυμιαματα & preces cordis & orationes, in se, ut altari aureo. Præ-
 cipue, quum συναφεια atque ordo totius cultus potius flagitet, ut
 Pontificem M. tanquam typum Christi, reliquos vero sacerdotes, ut ty-
 pos fidelium, vel in specie ministrorum Novi Fæderis consideremus.

§. XV.

Cum oblatione hac indivulso nexu conjuncta erat Agitatio, per
 quam Deo fertum hoc propriè consecrabatur, quapropter tanti
 momenti illa in his panibus fuit, ut inde nomen לחם התנופה
 traxerint ut Dissert. I. Cap. I. §. 2. docuimus. Varii Judæorum varias
 ejus rei reddunt rationes, quorum singulas hic excutere non vacat.
 Duæ præcipue sententiæ inter eos familiam ducunt, quarum prior
 existimat, agitatione hac fugatos malos demones, noxiasque umbras.
 Ita illam interpretatur præter RASCHIUM ad Exod. XXIX. 24.
 R. JOSE filius Chanina, monente R. CHAMA in גמ' סוכה fol. 37.
 col. 2. א"ר חמא בר עוקבא א"ר יוסי בר חנינא מוליד ומביא כרו
 לעצר רוחות רעות מעלה ומוריד כרו לעצר טללים רעים
 Dicit R. Chama filius Gnuckba, R. Josen filium Chanina dixisse, sacerdos
 propellit & reducit, ut arceat malos spiritus. Elevat autem & dimittit ad
 impediendas malas umbras. Altera autem sententia hoc ritu Panes hos
 consecratos vult illi, qui per omnes mundi plagas dominium habeat cui-

que omnia in cœlo & in terra subsunt. Sic præter ABARBANELEM, BECHAI, RALBAG statuit R. JOCHANAN in גמ' סוכה I. modo cit. א"ר יוחנן מוריד ומביא למי שהארבע רוחות שלו מעלה ומווריד למי שהשמים והארץ שלו Dicit R. Jochanan: sacerdos à se propellit & ad se retrahit, ut fertum consecrèt ei, cui quatuor sunt mundi plagæ. Elevat autem ac dimittit, ut consecrèt ei, qui cœli & terræ dominus est. Quæ posterior sententia uti se longè majori specie quam prior commendat, ita tamen paulo altius adhuc adscendi poterit. Cum enim, ut mox videbimus, per has primitias N. T. universa messis sanctificari debebat, non ineptè agitatione in quatuor mundi plagas innui existimamus, per illas universum jam orbem Deo consecrari, ex cujus quatuor plagis in posterum populus ejus nomini colligendus esset; elevatione autem & dimissione per illas coelum cum terrâ uniri, cum jam in Ecclesia N. T. omnia quæ in coelis & quæ in terra sunt, ad unam summam redigenda essent. Epses. I. 10.

Quod autem oblatio hæc & consecratio panum cum varii generis sacrificiis conjuncta erat, quid aliud indicabat, quam quod fideles non in se, sed solius veri sacrificii Christi intuitu Deo place-re inque illo accepti esse possent? vid. 1 Pet. II. 5.

§. XVI.

Non minimam attentionem ulterior panum horum usus meretur. Ubi præcipuè observandum quòd licet Deo consecrati, ob additum tamen fermentum nihil illorum in altari offerre licuerit, quo quid significatum sit in proclivi est colligere. Scilicet, quod partim Ecclesia exterior nondum adeo pura & defæcata sit, ut Deus in illa plane acquiescere queat, partim adhærentes peccati reliquæ ipsos fideles in se spectatos adhuc coram Deo culpabiles & ad arctissimam cum illo communionem in his terris ineptos redant. Contra autem concedebantur sacerdotibus in cibum. Est autem cibus præcipuè in relatione ad opus in quo aliquis occupatus fuit, perpetuum emblemata præmii, fructusque, quem quis à labore suo reportat, unde Jes. III. 10. אמרו צדיק כי טוב כי פרי מעלליהם Coll. Prov. I. 31. Comedunt itaque sacerdotes spirituales Primitiva hæc, dum ex illis, quorum conversionem Dei gratiâ promoverunt, quos ad ipsum adduxerunt, illique consecrarunt, san-
ctæ

Et gaudio perfunduntur, consolationem, materiam *καυχησως*, quin & majoris adhuc apud Deum mercedis certissimam spem percipiunt, sicque in hoc opere manuum suarum pie deliciantur atque exsultant. Egregia hanc in rem sunt verba *Jesaja LXI. 6.* *At vos sacerdotes Jehovæ appellabimini, ministri Dei nostri, vobis dicetur* *וְיִמְרוּ וּבְכֹכֹדִם תֵּאָכְלוּ גַיִם תִּשְׂמְרוּ* *potentiam (virtutem) gentium comedetis, & in gloria earum vos efferetis.* Experti sunt id Apostoli, primique Evangelii ministri, quando ab illis, quos Deo lucrati sunt, non solum quoad corpus (quod minimum est) refocillati sunt, sed imprimis ex eorum fide, pietate, charitate, constantia, sanctissimum intentissimumque gaudium, & *ἀναπαύσιν* perceperunt, imò in illis, ut delitio suo & coronâ gloriati sunt. Vid. *Rom. XV. 27, 32. 2 Cor. XVI. 18. 1 Tessal. I. 2, 3, 4, 5, 6. II. 19. & Phil. IV. 1, & 17, 18.*

Instituebatur hæc *comestio* in loco sanctissimo ipsius atrii, ubi quasi in oculis præsentis Dei convivabantur, ad depingendum, bonam non solum esse ministris N. T. propinquitatem Jehovæ, ipsosque in elevatione faciei divinæ lætari, *Psal. LXXX. 20.* sed & illic in specie in laboris sui fructibus in Domino exsultare, omneque hoc gaudium in ipso, per ipsum & ad ipsum esse. Ne jam dicam in ipso templo ubi primum apostoli Evangelium annunciarunt, & primam gaudii hujus materiam suppeditatam esse, *Actor. II.*

Nec mysterio caret ipsum illud *comestionis tempus*, quòd ut supra *Cap. V. §. VI.* vidimus, *Vespera* erat, qua sacris in templo finis imponebatur. Sic initium œconomîæ N. T. incidebat in vesperam reipublicæ Judaicæ, in vesperam diei æstus exantlantique laboris sub jugo legis ceremonialis, quum instabat quies N. T. ad quam *Servator* *τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους* invitaverat, *Matth. X. 28.*

§. XVII.

Scopus denique *oblationis* hujus præcipuè erat, ut per illam *totâ Messis* sanctificaretur, *libertasque* concederetur ad reliqua farta ex frugibus novi anni adducenda; Ita quoque per primorum horum fidelium *adductionem* atque *oblationem* instans uberrima messis N. T. sanctificata, & porta non solum aperta, sed & libertas concessa est, ex universo orbe omnibusque linguis spiritualia farta ad Deum adducendi, populumque peculii ipsi colligendi. Si enim *primitiæ*
ait

ait PAULUS sanctæ sunt, etiam massa sancta est, Rom. XI. 16. *Nam nisi de massa, ut scribit ALTINGIUS loco sup. iam cit. aliquid sequatur, & quidem longe abundantius, non potest illud dici Primitia, quod assumtum, sed si plurima sit, ultra dimidium, aut magna pars erit; Sin nihil ultra accedat, nequit relativum nomen tueri. Quod ipsum eo majoris est momenti, quia ante harum Primitiarum consecrationem, gentes plane exclusæ erant à communionem Dei & populi ejus, omniumque mediocorum gratiæ, Ephes. II. Per hanc autem primitiarum consecrationem, & ad illarum conversionem & adductionem via patefacta facultasque concessa est. Unde non solum Petrus postquam diserto Dei jussu Cornelium convenisset, spiritusque ipso adhuc loquente super illum & qui cum eo erant cecidisset, ipsos lustralibus undis Deo consecrari curavit, exclamans: Μητι το υδαρ κωλυσαι δυναται τις του μη βαπτισθηναι τουτους, οιλνες το πνευμα το αγιον ελαβεν καθευς και ημεις. Actor. X. 44 - 48. Sed & cum ipsi vitio verteretur quod ad viros præputium habentes ingressus esset, hoc ipso se tuebatur, reliquosque eo adducebat, ut Deum glorificarent, quod & gentibus dedisset respicientiam ad vitam. Actor. XI. 1 - imprimis v. 18. indeque ab illo tempore, Evangelio undique inter gentes prædicari coëpto, Ecclesia per universum terrarum orbem collecta est.*

§. XVIII.

Sic sub initium N. T. typus hic egregie impleri coeptus, neque tamen opus est, ut in eo solo subsistamus. Quin potius, uti Deus variis temporibus Ecclesiam sive collapsam atque imminutam denudò instaurare sive insigniori incremento augere voluit, ita & plerumq; novarum primitiarum consecratione eum in finem hujus operis præludia dedit, & ad ejus faciliorem executionem viam stravit. Egregium rei hujus specimen exhibet tempus Reformationis, quo præcipuè locus Apoc. XIV. 4. spectat. Lubet id verbis solidissimi laudeque nostra longè majoris Theologi CAMP. VITRINGÆ Patris proponere, ad loc. cit. ita differentis: *Et vero eleganter & mystice additur, esse illos πρωτοχας primitias Dei & agni. Alluditur enim ad primitias fructuum, Deo consecrandas & solemniter offerendas ex lege, Deut. XVIII. 4., in quibus consecrata habebatur tota fructuum massa. Docet igitur nos spiritus hoc emblemate, electos hos Dei, vindicatos è servitute Ægypti, sic mystice dicta, ita Deo consecratum iri, ut simul essent veluti primitiæ*

maxi-

maximi hominum numeri, qui eandem amplecterentur doctrinam apostolicam, ex eorum proficerent exemplo, & in eorum communione se Deo consecrarent. Id quod tempore Reformationis videre iis contigit; & letitiae ipsis fuit argumentum, ut ex literis illorum ad Oecolampadium apud Perrinum liquet, *Histor. Wald. Lib. II. Cap. VIII.* Nec dubitandum, quin illud luculentissimo demum exemplo sub finem seculorum, initiumque regni gloriosi in his terris comprobandum sit, quò tandem plenitudo Gentium intret, & universus Israel salvetur, *Rom. XI. 25. 26.* quando in emphasi implebitur, quod JESAIAS vaticinatus est, *LXVI. 20, 21, 22, 23.* והביאו את-כל אחיכם מכל-הגוים מנחה ליהוה בסיסים. וברכב ובצבים ובפרדים ובכרכרות על הר קרשי ירושלם אמר יהוה כאשר יביאו בני ישראל את-המנחה בכלי טהור בית יהוה וגם-מהם אקח לכהנים ללוים אמר יהוה: כי כאשר השמים החדשים והארץ החדשה אשר אני עשה עמדים לפני נאם יהוה: כן יעמד זרעכם ישמכם: והיה מדוי חדש בחדשו ומדוי שבת בשבתו יבוא כל בשר להשתחות לפני אמר יהוה:

T A N T U M.

COROLLARIA.

- §. I. *vox תודה in negotio Sacrificiorum minus recte per ομολογίαν seu ad stipulationem redditur; cum potius sacrificium laudis denotet.*
- §. II. *Sententia illorum, quae statuit שלמי ציבור Sacrificia Pacifica publica iterum distingui in שלמי חובה & שלמי נרבה infirmo nititur fundamento, cum שלמי נרבה prorsus nulla sint, & שלמי חובה non nisi unicum, quod constabat duobus agnis, qui una cum duobus panibus in festo Pentecostes offerebantur atque agitabantur, Lev. XXIII. 20.*
- §. III. *Talmudicorum משרטים quos Gemaristæ modo per משרטים incidentes, modo per מכים verberantes interpretantur, nos potius ex genuino thematis Arabici נקר ננף significatu per Caput discussores & percussores latine reddimus,*

N

§. IV.

§. IV. Etymon nominis אימורים vel אימורין quo præcise ea sacrificiorum viscera, quæ super altare ex peculiari Dei mandato Lev. III. 3. sq. & IV. 8. sq. cremanda, Rabbinis appellantur, quæsitum, nec inventum, forte latet in significatione pinguitudinis ac omenti, Hebræis, Arabibus ac Talmudicis sub radice מרה receptissima, quasi הרבים h. e. pinguia seu omenta proprie dicas.

§. V. Locus I Reg. XVIII. 16. ויבסחו על המזבח אשר עשה minus recte vertitur, Et transiliebant altare quod fecerat. Vel ut alii volunt: Et insanos se gerebant super altare; cum genius linguæ & integer nexus potius postulet: Et laxarunt, i. e. dissolverunt superioritatem seu supremam partem altaris, quod fecerat.

§. VI. Locus Actor. II. 15. ubi Petrus, quum fratres Apostoli vino pleni esse arguerentur, inquit: Non sunt ebrii, וְאֵי אֵיךְ אֵכָל וְשָׂרִיךְ מִיַּיִן וְשָׂרִיךְ מִיַּיִן, aliquomodo collustratur luce ex consuetudine illa communi inter Veteres Judæos usitata, qua nihil plane, antequam sacrificium jure matutinum oblatum esset, gustare nolebant. In quem sensum itidem Chaldæus Interpres verba Eccles. X. 16: וְשָׂרִיךְ בְּבִקְרָא וְשָׂרִיךְ בְּבִקְרָא בְּתַרְתָּן, antequam offerunt sacrificium jure matutinum.

§. VII. Psal. LXXXIII. 16. & 17. respici ad ventum urentem omniaque radentem ac everrentem, qualis in oriente cum pernicie itinerantium grassari solet, censemus.

§. VIII. Judæos sub finem dierum in terram Canaan reversuros, urbemque Hierosolymam instaurandam esse, firmiter credimus.

§. IX. Templum tamen iterum erigendum & proprie dicta sacrificia in eo offerenda, indoli N. T. minus est conveniens.

§. X. Lepra Cutis Hebræorum nec ordinarius, nec contagiosus morbus fuit.

CORRIGENDA.


Pag. 6. lin. 2. leg. 19. p. 9. lin. 22. leg. וְשָׂרִיךְ p. 10. lin. 24. de novo scil. tritico. p. 12. lin. 5. leg. simila. p. 34. lin. 9. leg. implet. p. 35. lin. 29. pro latius leg. strabus. p. 42. lin. 30. del. Benaja & Fojada. p. 55. lin. 5. leg. pavis Pentecostalis poverit. p. 66. lin. 1. pro fuisse leg. voluisse.

SS) o (SS

SS

2. Lyserus de Origine Eruditionis.
3. Loscanus Comentationes Sabb.
4. Keoßler de sacerdote comburente vaccam rufam.
5. Horchius Graeco salutis.
6. analysis vocis Schophtim.
7. Hottinger de quatuor tabernaculi tegminibus.
8. Ejusd de usu Salis in cultu Sacro.
9. Schramius de vigilibus priscis.
10. Zashyßer Specimen bibliorum Stanovicensium.
11. Schudt. Theses Philologicae
12. Bentler Specimen Catenae typicae.
13. Hottinger de viris Stationariis.
14. Jochenius de paribz pentecostalibz p. 2da.
15. Haseus de tylo Heniopolitans.
16. Kuirch de sacerdotio cum regimine civili conjuncto.
17. Ejusd materiae continuas.
18. Morheim de pygmaeis Aethiopiae.
19. Syobius de Sabbato Gentili.
20. Carptov Deus caliginis incola.
21. Strimesius de manipulo hordeaceo.
22. Lampig de Spiritu S.
23. 24. 25. 26. 27. ejusd materiae continuatio.

29. Honorat de auctore Nāre I. Xti humanae
30. Holzfus de Statu humiliationis Xti.
31. Ejuſd de munere Xti ſacerdotali
32. Ode de obedientia Xti activa.
33. Ejuſd animady in Epp: van der Honorat.
34. Ejuſd in epp alteram.
35. Hottinger de Integritate victimarum.
36. Vitringa de Perſente veteratore.
37. Van Dryſen Epist: ad van der Honorat.
38. Claerſenius de Exiſtentia Dii.



the scale towards document

(19.)

do & Carni suæ renunciarunt.
 Deo seipfos & sacrificia spiritua-
 als, hymnos, elemofynas, jejunia,
 æternum atque internum in Spiri-
 tus. 12, 1. 1 Cor. 6, 20. Heb. 13, 15. 16.
 23, 24. Pf. 51, 19. Pf. 141, 2.
 atio non est temporalis; sed pe-
 Christus per proprium sanguinem in-
 sta, æterna redemptione inventa. c. 10,
 s per oblationem corporis J. C. semel.
 e consummavit in sempiternum san-
 7, 26. 27. c. 9, 25. 26. 27. 28.
 Opposita est doctrina I. Gentilium,
 refert Cato l. 4. Disticho mo-

icens moritur cur victima pro Te s
 morte alterius sperare salutem.
 pudiatu Jesu Naz. ejusq; Sacerdo-
 eu formula fœderis Remissionem
 tam æternam sibi promittunt:
 s Orobius in Collat. cum Limborch
 ait. p. 70. Nullo Messia, nulla Re-
 e aliquando opus habuit ad salu-
 equendam: Sufficit Lex Divina,
 edium ad salutem Dominus Israeli
 ne quam Jesum Nazarenum ceu
 que Sacrificium admittere, in
 tionis. Viri Gallum gallinaceum
 ; colore; fœminæ vero Galli-
 actare & offerre his verbis:

C 2

הב